



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 10. De quibusdam effectis Spiritus S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

MEDITATIONVM. 467

3. Tanta est Domini bonitas, vt volentes aliquid petere (sicut hic discipulis factum) ipse proueniat.

4. Officium pijs hominis in hac lacrymarum valle est, flere potius quam gaudere. 1. propter ea, quibus Christū fugamus. 2. propter tentationes continuas. 3. ob Christi passionem meditandam.

5. MODICVM, est tristitia huius vitæ, quæ comparatur vmbra, vapor, momento.

6. Iustus pro tribulatione vnus momenti; recipit non tantum hic consolationem; sed & regnum sempiternum: num impius è contrario, pro breuissima voluptatula, subit poenas sempiternas, vt dixit Abraham epuloni, *fili recordare, quia in vita tua recepisti bona; & Lazarus similiter mala. Nunc autem ille consolatur, tu verò cruciaris.* Sæpe considerabat Apostolus. *non sunt condigna passiones Rom. 8. huius temporis, (qualescunq; sint, et si videantur graues & diuturnæ) ad futuram gloriam &c. momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublime æternum gloria pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4. 17.



MEDITATIO X.

DE QVIBVSDAM EFFECTIS SPIRITVS S.
PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Dixit Iesus discipulis: vado ad Patrē, Ioann. 16.
& nemo interrogat: quo vadis? sed expedit

expedit vobis, vt vadam: aliàs paraclytus non veniet.

II. Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, iustitia & iudicio.

III. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

PROPHETIÆ. (Etā.

Psa. 142. **S**piritus tuus bonus deducet me in terrā re-
Io. Spiritum Sāctum tuum ne auferas à me.
 Spiritu principali confirma me.

Psa. 50. 12. Emitte spiritum tuum & creabuntur, &
Psa. 105. 30. renouabis faciem terra.

Verbo Domini, cœli. (Spiritu Apostol. &
 SS.) firmati sunt.

Psa. 32. 6 Et spiritu oris eius? omnis virtus eorum.

DOCUMENTA.

1. **C**hristus iturus ad passionem, dicit se ire ad patrem; vt discas viam crucis, esse viam rectam, quę multo certius ad cœlum ducat.

2. Exprobrat Discipulis Dominus, quod nemo roget: **Q V O V A D I S?** vt assuefacias te ad examinandas intētiones, & statū vitę tuę, pendendo, quid quæras? Quo in statu res tuę sint? si tibi iam moriendum foret.

3. Dominus pronunciat ascensionem suam, & postea plenariā spiritus S. missionē, vt scias te post tribulationes & passionem, corpore & animo, Deo perfectē fruiturum.

4. Chri-

4. Christus subtraxit discipulis presentiam corporis sui, cui nimium adhærebant, ut reciperent Spiritum sanctum; ut scias mentem à rebus mundanis, & sensualibus abstrahendam, si cœlestes consolationes expectas.

5. In apostolis (qui antea valde timidi erant) evidens Spiritus S. signum fuit, quod argueret malos homines libere, 1. de peccatis, à quibus conuerti nollent. 2. de Iustitia, quam fide suscepta, negligerent. 3. de Iudicio, quia in nullo fere ita homines peccant, sicut de aliis iudicando: Colliges & tu, Spiritum Sanctum in te esse, si hæc ipsa, in aliis & in teipso arguas.

6. *Non potestis portare &c.* immensa est Dei bonitas, quæ nobis se accommodat, nec plura, quam possimus, exigit. Non ita mundus, &c.

7. *Multa habeo &c.* Licet aliquid tibi profecisse videaris, tamen scias tibi adhuc multum superesse.

8. Tanta est Christi erga nos caritas, ut non tantum ipse nobiscum maneat in SS. Eucharistia, sed etiam nobis spiritum suum largiatur, qui nos doceat, & nobiscum perseueret, ne in fide erremus, aut in peccata prolabamur.



MEDITATIO XI.
DE ORATIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus discipulis: Amen dico vobis,* *IOANNIS.*

V 6

bis,